Quid ex castris reduci tibi officia debebam ipse, litteris transcribo, Vir nobilissime. Nam postremas meas accepisse te opinor, quibus eam gratiarum actionem sum complexus, ex qua, in exprimenda beneficiorum tuorum magnitudine, Professorem Eloquentiae defecisse, haud dubie intellexisti. Qui has tibi tradit, natione Gallus, genere nobilissimus, Religionis caussa exul, ad praeclara omnia non natus tantum, sed optimis etiam studiis imbutus, denique tuarum virtutum, quas nemini ignorare licet, summus aestimator est. Quod ut significarem tibi, sua interesse existimavit. Et id, etiam nos rogavit, meritis viri et caussae debebam. Virtutes hoc faciunt, ut tibi ~~tibi~~, non nostro tantum, sed aliorum etiam nomine, molesti tibi esse cogamur. Ex quo enim optimos quosque ad eum tuam perducere non dedicasti modo, sed ostendisti, audacter optimos quosque tibi commendamus. Vale, Vir illustrissime, et tibi [illegible] petranti, nunc quoque ignosce. Lugd. Bat. CIƆ IƆ CXLI, Novemb. III.

Illustri tuo nomini

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 9
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 9
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 9
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890a

Illuſtri Viro,

CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti, Zuylichemi Domino, celſiſsimo
Principi Auriaco à Conſilijs et Secretis.

Hagam Comitis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 9
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2890a